

allen Kerken Unes Ampts roipen ind verklundigen laten, dat sich Nymanß, wie der oich sy, by Verluyst Lyffs ind Guez, an ymanß gehoerich make, oder eygen geve, ind so ymanß daerenboven dede, dien myt sampt synen guede van unsertwegen an to nemen, so wye oin wie obgemelt davor aensieken und straffen laten willen, ind desen also doinde Verßen ind verlaten Wy Uns tot u also genglich.

Beilage 35.

Auszug der Einkünfte des obersten Schuldenamtes zu Soest, der Rechte der unter dasselbe gehörigen Haupt- und gemeinen Höfe und ihren Schulden und Zellern u. u. 1275 — 1332.

Ex libro Saec. XIV. conscripto.

Redditus Villicationis Officii Scultetatus susatensis.

Item Officium Villicationis Susatiensis habet ⁱⁱⁱⁱ Curtes principales, que dicuntur Sedelhoven, videlicet curtem in Oistinchusen, curtem in Borgelen, curtem in Hattorpe, curtem in Elfedehusen, et preter has habet quintam curtem, que vocatur Geldene, que quia est ita vicina de opido susasenti, et valet annualim LXX

malta siliginis et ordeï, quae faciunt in mensura Coloniensi III et IX malda annone. Hanc curtem in ^c *Gelmene* habet Henricus de Heringen opidanus Susatensis in pignore, et de perceptis et que perceptit, nichil defalcabitur.

Item nota, quod curtis in Oistinchusen solvit annualim LII. marcas, quas Goswinus de Rodenberg tollit omnes preter II. mar-

^c cas. Et nota, quod hec curtis habet bene VI. jurnales terre arabilis pratorum et silvestrium; et preter has duas decimas supra et infra villam Oistinchusen jacentes, solventes annualim XVI malta annone, que omnia tollit *Scultetus*, et cum hoc XIII marcas et quartam partem hereditatum bonorum mobilium hominiam habentium *mansos dicte curtis*, quorum mansorum sunt XXX numero et plures, et liberi ab omni *judicio libero et Gograviatus*, ita quod Scultetus curtis judicat in omnibus istis; et olim de anno in annum in die beate Margarete semper, nunc autem in sex annis mutari potest; et nunc reliquit curtem bene cultam et seminatum successori suo, et ille successor successori. Mansos, predictos in ipsam curtem spectantes nullus deberet de jure habere nisi loco, qui dicitur *vüschulghe Man dicte curtis*; sed opidani susatenses de hac curte habent plures mansos alienatos ab eodem, et nullum volunt facere jus curie de illis mansis nec in hereditatione vel petitione danda, vectura, vel aliis servitiis, que

proprè homines de mansis curtis solent facere; et per hoc petit jus curtis per omnia.

Item XXX mansi predictæ curtis in Oistinchusen solvent annuatim XXX marcas, quas tollit notatus officiatu, et ulterius dat castrensibus in Hovestat.

Item Denarii, qui solvuntur de Ingressu scultetorum dictæ curtis in Oistinchusen, qui dicitur *Vorhüre*, valent in die beato Margarete VII marcas.

Item *Curtis in Borgele*, que est *principalis curtis*, solvit annuatim X marcas, quas tollit notatus officiatu, et ulterius dat Castrensibus in Hovestat, et solvit IIII marcas in die beate Margarete pro jure quod dicitur *Vorhüre*, quas officiatu tollit.

Item nota, quod Scultetus dictæ curtis habet bene de una decima VIII malta annone et IIII marcas, et spectant in ipsam

curtem II et L. jurnales terre arabilis et pratorum, quas tollit scultetus, et quartam partem hereditatum in decessu hominum curtis. Sed opidani susatenses plures mansos in ipsam curtem spectantes emerunt, quod facere non poterant, quia dum ipsi habent mansos, nolunt facere jura, que de ipsis tenentur, et sunt bene XVIII. mansi dictæ curtis.

Item *curtis principalis in Hattorpe* solvit annuatim XLVIII marcas, quas tollit *Notatus*, et ulterius dat Castrensibus in Hovestat; et preter has de denariis, que dicuntur *Vorhüre*, tollit V. marcas.

Item in hanc curtem spectant XXIII. mansi, quorum opidani plures emerunt et nichil juris de hiis faciunt in petitione, vectura et aliis, sed tantum dant unam marcæ, que solvitur de manso. Et habet scultetus unam bonam decimam in Hattorpe, quam ipse tollit, valentem LX. malta annone mesure colonionsis.

Item nota, quod redditus certi, qui de predictis tribus curtibus Oistinchusen, Borgelen et Hattorpe solvuntur annuatim, ascendunt ad CLXXXIX marcas, et preter hec, summa denariorum, qui sumuntur de jure, quod dicitur *Vorhüre*, ascendit ad XVI. marcas de predictis tribus curtibus. Has XVI. marcas tollit marscalsus de toto officio: alii redditus omnes dantur castrensibus et infeodatis.

Item *Curtis in Elfedehusen* est quarta *curtis principalis* habens sedecim mansos in eam attinentes et dicitur una curtis que vocatur *Ammethof*, solvit annuatim XX marcas. Hanc Goswinus de Susato miles et ejus avus habuit a tempore conflictus in *Wlvenkeskampe* pro CC. marcis, ut dicit, et spectat in villicationem susatensem. Multa de ipsa curte sustulit, et de facili possent reduci ad Ecclesiam. Et habet idem Goswinus hanc curtem cum

omni suo emolumento hominum et hereditatum, et valeret ipsa curtis plus quam XL. marcas. Nichil de isto marscalcus tollit nisi unam marcam.

Item de predictis tribus curtibus Oistinchusen, Borgelen et Hattorpe dantur IIII marce cum dimidia in die beati Lamberti qui dicuntur Winscare, quas tollit notatus officiatu et ulterius dat aliis.

Item de istis curtibus solvuntur annuatim LX oves dicti Hemele et porci LX. Hos tollit Hermannus Lupus X. marcarum redditibus de feodo suo castrensi in Hovestat.

Item Goswinus de Hasne habet de eisdem denariis trium curtium VI. marcas pro feodo suo Castrensi in Hovestat.

Item Theodericus de Honroydi de eisdem denariis et eodem jure VI. marcas.

Item Johannes Cloyt miles VIII. marcas.

- Hermannus Torch VI. marcas.
- Bertoldus de Holthusen IIII. marcas.
- Goswinus de Susato miles VIII. marcas.
- Hunoldus de Plettenbracht miles X. marcas.
- Dictus Balcke IIII. marcas.
- Conradus de Meninchusen V. marcas.
- Capellano IIII. marcas.
- Vigilibus et Portenariis castri Hovestat XIII. marcas.
- Conradus de Brunychusen miles habet VIII. marcas.

Item nota, quod Goswinus de Rodenberg, qui habet L. marcas de denariis preconum susatensium predictorum, etiam tollit annuatim L. marcas de denariis officii Susatensis videlicet trium curtium predictarum, et sic habet ibidem C. marcas, et de officio de Swelme X. marcas, et preter hec de ipsa curte in Hattorpe X. marcas, de quibus deberet residere tanquam Castrensis in Hovestat.

Summa feodorum Castrensiu Castri in Hovestat CX. marce, et Goiswino de Rodenberg solvuntur C. marce, que de officio susatensi omnia solvuntur.

Item preter hec de hoc eodem officio Scultetus solvit Castrensibus in Ruden infrascripta, videlicet Theodorico de Visbeke VI. marcas.

Item Gotfrido filio Conradi de Rodenberg VI. marcas.

- Gerhardo de Hemerde VI. marcas.
- Florino de Wolkerinchusen V. marcas.
- Filio Rutgeri de Hustene V. marcas.

Item Gotfrido Dedenshusen militi pro feodo Castrensi in Hallenberg VIII. marcas.

Summa horum XXXVI. marce, que solvuntur pro feodis castrensibus in Ruden et in Hallenberg.

Item pro (de) redditibus dicti officii solvuntur pro feodis non castrensibus Hunoldo de Plettenbract seniori IIII marce de Curte in Hattorpe.

Item filio Anthonii dicti Wreden III. marce.

Item Johanni filio Wolfardi Epprach opidano susatensi VIII. marce.

Item Hermanno Keyss opidano susatensi VI. marce.

Item Conventui in Geseke XXX. solidi.

Item Abbati in Graisehap II. marce.

Summa horum feodorum non Castrensiū XXV. marce VI. solidi.

Item nota, quod Bruno de Buken opidanus susatensis habet molendinum in Stochem juxta Corbeke attinens Archiepiscopo Coloniensi valens annuatim VI. marcas, V. malta siliginis et III. solidos pro porco, et habuit istud bene IX. annis. Nescitur, quo titulo vel quo jure. Si Archiepiscopus jubet Marscalco, resumere molendinum fiet.

Item nota, quod omnes curtes predictae, quae dicuntur Ammetbove, quarum sunt quinque, videlicet Oistinhusen, Borgelen, Hattorpe, Elfedehusen et Gelmene cum mansis in easdem pertinentibus sunt libere ab omni judicio, quod dicitur Gogerychte, Vrigraschap, et quod sibi schulteti de omnibus, quae emergunt, in istis bonis judicant, et ideo ista omnia simul collecta dicuntur unum officium villicationis.

Item nota, quod predictae curtes salvis redditibus antedictis possunt adhuc augmentari per divisionem jurnalium, qui modo dispersi et inutiliter jacent ad L. malta annone annuatim mansure coloniensis; et si hoc committatur Marscalco ipse explebit.

Beilage 36.

Urkunde über das Recht der Wachsinsigen des h. Patroclus zu Soest zwischen den Jahren 1142 und 1160.

Ex Originali.

In nomine Sancte et individue Trinitatis.

Ego Wenneco sosatiensis Ecclesie Decanus cum Godefrido Custode, reliquis Canonis Ecclesie nostre omnibus in Christo fidelibus in perpetuum. Notam esse volumus tam futuris quam presentibus, qualiter homines, qui se in prefata Ecclesia beati Patrocli censuales tradiderunt, jura et legitima sua servaverint, quae ab exordio foundationis ejus habuerunt; sicut etiam Antecessores instituerunt, sic ea per omnem posteritatis successionem